



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

§. I. De Fide Catholica, & Confessione peccatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

HLUDOWICI BLOSII MARGARITI SPIRITUALIS

PARS QUARTA,
SIVE FARRAGO
UTILISSIMARVM INSTITVTIONVM
EX SCRIPTIS POTISSIMUM

D. JOANNIS RUSBROCHII
DECERTARUM.

Qui quidem Rusbrochius homo planè divi-
nus, & singulari modo à Deo illumi-
natus doctusque fuit.

§. I.

De Fide Catholicâ, & confessione
peccatorum.



PRIMUM donum
quod Deo electis
suis confert, ve-
ra, Christiana
& Catholica Fi-
des est: qua cre-
dimus quæ cre-
denda sunt, & DEO bene
fidimus, eumque amamus.
Per huiusmodi fidem anima con-
jungitur Deo, despondeturque
illi ceu sponsa suo sponso. Qui
errorem aliquem contra duode-
cim Symboli Apostolici articu-
los, sive contra septem Sacramen-
ta Ecclesiæ sequuntur, aut qui in
aliquo

Primum donum Dei est Fides. * Perseverantibus in hæresi vel infidelitate nil profunt, ad meritum vitæ æternæ, opera vitæ moraliter bona; quin sine fide impossibile est pla-

Plurima Institutio-
nes hic descri-
ptæ apud
Thaule-
rum e-
riam re-
periun-
tur.
1. Fides Catholica primum Dei donum: here-
ticum verò nihil prodest vitæ moralis, nisi, proprio
iudicio relicto, se Ecclesiæ subiciant.
2. Examen fidei conscientia, deinde confessio
auricularis; tum satisfactorii desiderium, &
patientia in afflictionibus.
3. In hac vitæ exercendum est contra nos mes-
ipsoi iudicium, ne damnemur in altera vitæ.
4. Bona voluntas donum est gratiæ divinæ;
ejus signum est obedientia & confessio peccato-
rum.
5. Qualis debeat esse confessio: notanda scrup-
ulosi doctrina de vi & fructu bonæ volun-
tatis.
6. Spes veniæ nutrienda est consideratione mi-
sericordiæ divinæ.

DOMI-
NICAL
PASSIO-
NIS EX-
LLICATA-
TIO.

*cere Deo,
ad He-
bræos
cap. II.
& Scho-
lastici
apud D.
Thomã
1. 2. qu.
109. art.
2. 3. 4. 5.
6 docet
ex S. Au-
gusti-
no, infi-
delium
opera
moralia
extra
fidẽ aut
gratiã,
etsi bo-
na sint,
non ta-
men ef-
fe utilia
ad salu-
tem, ni-
si valde
remo-
tè, &
quodã-
modò
disposi-
tive.*

*† Quid
faciendũ
infideli
volenti
se ad fi-
dem con-
vertere.*

2.

*Heb. II.
Expiatio
à pecca-
tis*

aliquo à sancta Ecclesia Catholi-
ca diffident, eiq̃ue contrariam te-
nent opinionem, sive id publicè
agant, sive occultè, si sic pertinaci-
ter perseverare statuunt, atque
ita moriuntur, etiã si cunctis mo-
ralibus præditi sint virtutibus,
omniaq̃ue misericordiæ ac con-
dolentiæ exercent opera, tanta-
q̃ue intellectus perspicacitate pol-
leant, quantam simul mortales
omnes qui umquam fuerint, ha-
buère: damnantur tamen, & mer-
guntur in flammam tartaream. Hæ-
retici, inquam, & schismatici post
mortem igne torrentur æterno.
† Si qui autem ex his converti
velint, ut propriæ voluntati re-
nuntient oportet, suamq̃ue scien-
tiam & intellectum scientiæ atq̃;
institutioni sanctæ Ecclesiæ sub-
mittant substernantq̃ue, & om-
nem vitam suam foris atque in-
tus sine factu & elatione ad Dei
honorem exigant: intus quidem
absq̃; simulatione credant, quod
sancta credit Ecclesia Catholica;
foris autem modis omnibus sin-
guli juxta suum statum & Eccle-
siæ decreta colant & exercent
ea, quæ ipsa sancta Ecclesia colit,
exercetq̃ue. Ita nimirum & gra-
tiam Dei modò, & postea beati-
tudinem æternam poterunt adi-
pisci.

Sine vera fide nemo placere
Deo, nec salvus esse potest, quid-
quid alioqui bonorum agat ope-
rum. Hanc igitur firmissimè re-
tineamus; & humiles facti, ingre-
diamur Prætorium conscientiæ

nostræ, ibique consideremus, ag-
noscamus, corrigamus, odio pro-
sequamur quidquid in nobis vitii
residet. Peccata nostra & culpas
coram Domino Jesu Pontifice &
Judice nostro, cælestiq̃ue Patre
ejus, & coram Sacerdote confes-
sore nostro Dei vices ac locum
obtinente, accusemus atque con-
fiteamur. Et si quidem nos pec-
casse pœnitet, jam bono simus a-
nimo, & in Dei benignitate ac
misericordiã speremus, eiq̃ue cre-
damus atque confidamus. Et pœ-
nitentiam agendo, liberè nos
submittamus nedum sub justiti-
am Dei, sed etiam sub peccato-
res omnes, odio nos ac menda-
ciis infestantes, contemntes,
persequentes vel cædentes, deni-
que & sub creaturas omnes nos
divexantes: ita ut ad versa & in-
commoda omnia nobis ab eis il-
lata, taciti perferamus ob hono-
rem Dei, & in remissionem pec-
catorum nostrorum: nec quem-
quam hominem habeamus odio
aut despectui, quidquid etiam
nobis mali irrogetur, sed causa
Dei cuncta æquanimiter tolere-
mus: id enim magnum divini a-
moris præstat profectum.

Explora, attende, & judica
modò temetipsum, ne postea à
Domino judiceris atque condemi-
neris. Revoca ad memoriam
quemadmodum vixeris, uti te
neglexeris in verbis, actibus, de-
sideriis, cogitationibus, tui im-
mortificatione, simulatione vel
hypocrisis, affectusq̃ue impuritate,

&

*Examina
conscien-
tia.*

*Confessio
auricu-
larum.*

*Doleret
peccata.*

*Satisfac-
tio per
humili-
tatem, et
signifi-
cantiam,
et alia
virtutum.*

*3.
I. Cor.
II.
Si se in
veritate
judica-
veris, in
futuro
judicio
non dan-
naberis.*

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
GIO.

& in illis omnibus quæ iniquè vel inordinatè admittuntur, quæque à charitate dissentiunt, & gratissimæ Dei voluntati repugnant: quorum quidem tantus in te est numerus & tam multiplex varietas, ut nulli præterquam Deo soli perfectè cognita sint. Displicebis igitur tibi ipsi ob illa, & cum Publicano coram Patre tuo cælesti ejusque æterna misericordia petentus tundens, dices: *Deus propitius esto mihi peccatori. Peccavi Domine, peccavi: miserere mihi misero. Ablue faciem animæ meæ à vitiiis & peccatis omnibus, illamque exorna gratia tua. Presta mihi bonam voluntatem, & animum strenuum, quod sine intermissione in tuo servitio laudemque tua renover.* Et ista quidem si obtinere velis, cõtemne, abjice, humilia & objurga te ipsum; Deum autem misericordiæ & pietatis suæ commonefacias; neque ab his desistas, donec ipse tibi intus respondeat, & veram loquatur pacem, verumque gaudium in corde tuo.

4. Bonitas voluntatis ex Spiritu sancto nascitur & gratia Dei, ac bona infusaque charitas, qua homo Deum ac sanctas virtutes colit atque exercet. Ipsa bona voluntas vividum ac voluntarium est instrumentum, quo Deus quidquid vult operatur. Planè, bona voluntas cum humilitate conjuncta, radix omnium virtutum est. *Pax igitur hominibus bonæ voluntatis.* Quotquot hac bona voluntate præditi sunt, ij Deo &

sanctæ Ecclesiæ obtemperant; aptique sunt & habiles ad gratiam Dei, & ad sapientiam ex Deo manantem suscipiendam. Si ergo Dei Sapientiam intra te recipere vis, à cunctis gravibus peccatis ab infantia perpetratis quoad poteris te expurges, idque coram sapienti & discreto Confessore, qui habeat juxta Ecclesiæ constitutionem te absolvendi potestatem. Quod si id semel egisti, satis est, & sufficit æternæ Dei veritati: sicque pacem habes coram Deo & in munda conscientia tua.

Si bona es præditus a voluntate, cupisque Deo ac cunctis virtutibus vivere, iam planè Spiritum sanctum habes in te, & interna gaudes pace, nec facile potes in mortiferum labi peccatum. Absque venialibus autem culpis vivere non poteris. Ipsas culpas & errata tua Deo ac Sacerdote sincerè, nudè, apertè, paucisque verbis ac humili corde explica, dolensque confitere, & de illis te ipsum accusa ac reprehende. Multa verba conscientiam perplexam reddunt, inordinatumque pariunt timorem, ut quod quis amplius confiteretur, eò plus confiteri velit. Neque potest quisquam sese per seipsum vel omni conatu suo efficere pacatum atque tranquil-

^a Hæc accipe de bona voluntate post factum Confessionis Sacramentalis ritè petita, juxta normam monitionis datæ num. 4. hoc s. 1. aut mox hoc num. 5. dandæ.
^b Conditiones Confessionis observentur, & solatium atque remedium accipiant qui sunt, in materia Confessionis, scrupulosa conscientia.

Et vera
confessio
peccatorum

Fructus
bonæ voluntatis

Y

lum.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICAT-
IO.

lum. Itaque ostendas & aperias te ipsum æternæ veritati, speresq; & confidas immensæ pietati ac misericordiæ Dei, permittasque & resignes te bonitati illius, atque in hoc ipso pacem serva tuâ.

6.

Fiducia de venia nascitur ex infinita Dei bonitate.

Si bonæ voluntatis sumus, si ex animo verè nos peccasse pœnitet, & humili contritoque corde nos ipsos coram Deo & Sacerdote accusamus, meritò firmam fiduciam & spem concipere debemus impetrandi sine dubio veniâ à Deo. Et quânam umquam, obsecro, desperare possumus, si immensam velimus attendere benignitatem Dei, dicentis per Prophetam suum, Etiam si mater obliviscatur infantis uteri sui, ego tamen non obliviscar tuus? Sanè nullus ambigere debet, cuncta peccata ejus, qui cum vera divinaque contritione & sancta spe amanter ad Deum sese convertit atque erigit, citiùs in immensæ bonitatis ejus abyssò absorberi & cõsumi, quâ possit oculus aperiri vel claudi. Nam & * si mundus universus igneus quidam globus esset, & in ejus medio paucillum lini poneretur, non tam celeriter id conflagraret, quàm paratus est Deus remittere peccata verè pœnitentibus, quantumvis etiam multa & gravia sint. Sui autem displicentia, & seria nunquam peccandi voluntas, veraque erga Deum confidentia & amor, vera pœnitentia est. Istiusmodi igitur erga Deum cõfidentia & amor, thesaurus est longè præclarissimus:

* O Dei promptitudo incomparabilis ad ceterò condonandâ peccata verè pœnitenti. Describitur pœnitentia vera.

* Deum vulnerati per amorem, docent

quem qui habet, facile impetrat à Deo quidquid desiderat, * cum Deum in eo latere sauciet, in quo setueri non potest. Qui diffidentia & inordinato damnationis metu laborant, prudenter oculos internos cohibeant à nimia consideratione justii judicii Dei. Credant Scripturis sanctis, quæ abundant cælesti consolatione; & quòd Christus pro cunctis peccatoribus nemine excepto, mortuus est.

verba sponi Cantorum, c. 4. *Verba resti cor meum seror me. Remedia diffidentia.*

1. Pet. 3

S. II.

In quo consistat perfectio tam secularium, quàm Religiosorum.

1. Secularium perfectio in quo sita sit;
2. Item Monachorum & Monialium.
3. Inferiores Monachi ne sint pusillanimes.
4. Bona voluntatu efficacia.
5. Imagines impurae quomodo disicienda.
6. Mentis evagatio inter orandum citò compescenda.
7. Qui tentationibus gravibus viriliter resistunt, gratiores sunt Deo, quàm qui nullis vexantur.
8. Triplex ordo servientium Deo.
9. Simpliciores quid agere debeant, ut placeant Deo.
10. Bona voluntas, argumentum predestinationis.

QUOT QUOT * inveniuntur secularia viri vel feminae, in ejusmodi statu viventes, qui à Deo & sancta Ecclesia non discordet, si vera Orthodoxaq; fide præditi, & tam bonæ voluntatis sint, quòd ex Dei gratiâ perseverent in bono, & à gravibus sese contineant vitiis, ita ut sive in matrimonio, sive extra matrimonium, sive in officiis mechanicis, sive in servitiis degant, sive e-

1. *Secularium ordo, etiam pro fœditate officii viciis non sua propria consistit. * Abspice speculum & ideam vitæ secularis.*

mant,